

DOM. IOAN. FRANC.

DE PONTE

IVRISCONSULTI

PATRICII NEAPOLIT. REGIÆ

CAMERÆ SUMMARIÆ PRÆSIDIS

integerrimi, in Nobilissimo Neapolitano Gymnasio  
Feudorum Interpretis acutissimi,

ET IN SUMMO ITALICO CONSILIO APUD

*Catholicum PHILIPPUM II. Hispaniarum Neapolisque  
Regem, Regentis meritissimi,*

CONSILIORVM,

SIVE IVRIS RESPONSORVM

IN ARDVIS MAXIMORVM PRINCIPVM

Causis præsertim Feudalibus editorum

VOLUMEN PRIMVM

*Cum INDICE, Summariis ac Argumentis.*

EDITIO Nouissima à mendis innumeris quibus prior scatebat  
accuratissime repurgata.



GENEVA.  
Sumptibus Samuelis Chouët.

MDC. LXVI



PHILIPPO SECUNDO  
AVSTRIO, HISPANIARVM  
REGI INVICTISSIMO.



Joannes Franciscus à Ponte.



CONSVEVERUNT veteres illi Duces in bellis, cum forti præstantique animo exercitum è castris educerent, & iam inter media hostium tela versarentur, grauissimasque plagas in acie excipientes gloria ducti silentio ferrent, aduersariorum copiis profligatis, expugnatis vrbibus, armorum machinas quasi victoriæ administras (vibratili quadam Religione) alicui Numini dicare, vt in templo suspensæ, ad memoriam æternitatis (veluti simulachra virtutis) extarent. Non desunt in legali certamine, & in forensi acie (Rex potentissime) sua castra, sua prælia, suæ oppugnationes, expugnationesque, suæ machinæ, suæ victoriæ, vt propterea mirandum non sit, quod multis ego annis profortunis priuatorum tutandis, quasi bella susceperim, & quantum in me fuit, iacentem populum erigere, languentem excitare, ab errore deducere, in bonos incitatum reprimere conatus sim. Nunc veluti confecto hoc bello, atque alteri cuidam militiæ dato nomine, aliud agmen non sine aliqua spe gloriæ ducturus, hæc priuatorum laborum, tanquam arma superioris militiæ simul collecta, Majestati tuæ suspendo, commendoque tui nominis immortalitati, vt quæ alterius luminis radius illustrata, breuis spatio in tenebris peritura fuissent, ad Solem apposita virtutis tuæ, lucem quotidie maiorem in omnem sint æternitatem habitura. Et verò maximè rationi consentaneum visum est, vt cui me, meosque omnes in reliquam ætatem addixerim, hos quoque labores qualescunque, quasi testes incomparabilis obseruantia suppliciter dedicarem. Deus Optimus Maximus vitam Majestati



# CONSILIORVM EXCELLENTISSIMI IVRIVMQ. CONSVLTISS.

VIRI

D. IOANNIS FRANCISCI DE PONTE  
PATRITII NEAPOLITANI.

*Regia Camera Summaria Præsidis integerrimi, & in famosissimo Patriæ  
Gymnasio Feudorum Interpretis acutissimi,*

## LIBER PRIMVS.

S V M M A R I V M.

1. Deciso in causa Communitatis Muridianæ referatur, & n. 70. & 77.
2. Prærogative aucte Pragmaticæ anni 1731, poterant a Rege, iam præfate quibusdam alienationibus quarantuncque feudum, & multis casibus reuocantur, n. 4.
3. Vicarius in eadem persona cum Rege.
4. Pragmatica anni 1731. disponit, quod Prærogative non possit præfate assensum, quando venditur Principatum, Ducatum, Marchionatum, Comitatus, vel aliud feudum magno momenti.
5. In anno 1760. facti supplicationes, quod liceret Prærogative assensum, etiam si de feudo titulato disponeretur, dummodo illi titulo non sit dispositio, & Rex concedit, excepta tantum terra titulo decurata, quo casu Rex sibi potestatem referuat, & n. 36.
6. Feuda titulata sunt regali dignitate.
7. Dignitates à Rege fiunt, & resoluunt.
8. Assensum venditionum, & præfatus à Regia Maiestate concessa Prærogative ad supplicationes Neapolitanæ.
9. Gratia anni 1760. est confirmata petitioni Civitatis Neapolitanæ, circa assensum præfatis per Prærogative venditionum feudorum titulatarum.
10. Gratia præfata, dum excipit si vendantur terre titulis decurata, non debet intelligi si vendantur absque titulo, sed si vendantur cum titulo, & n. 36.
11. Exceptio debet esse de regula.
12. Corruptio sacramenti non præsumitur.
13. Iura sunt intelligenda, ut concordent, non ut se corrigant.
14. Proximitas declarat ventrem, & censum feudalem.
15. Responsum intelligitur, ut sit conformis petitioni, & ad ipsa recipi intelligitur.
16. Regalia coherent officio Principis, & concedi non solent.
17. Ductio, super, quid imperaret, latè explicatur.
18. Consilium Regi Congregationem donec memorie explicatur.
19. Pragmatica anni 1731. de illi n. 4. cap. 1. declaratur.
20. Capitulum anni 1761. intelligitur iuxta terminos Pragmaticæ anni 1771.
21. Capitulum præfatum anni 1761. an intelligatur de obligationibus, & venditionibus super feudis, vel quatenus de integrali venditione ipsorum feudorum.
22. Ius determinationis respiciens plura determinabilia debet æquitate determinare.
23. Pragmatica novem capitulum, prohibet assensum præfatis, quando dividitur feudum.
24. Specialia plura in una dispositione committere non debent.
25. Clausula exceptis feudis vitalibus, & magis manenti, saltem erit opposita in assensibus aucte capitulum anni 1761. factis postea.
26. Feuda titulata, an veniant in generali legatione, & n. 29.
27. Mutanda minime sunt, que certam interpretationem semper habuerunt.
28. Consuetudo, & auctoritas rerum iudicatarum in ambiguitatibus non obicit vim legi.
29. Ius interpretatur privilegia, & ex contrario usu leges abrogantur.
30. Rex ordinando, quod de cetero in futurum, Prærogative non præfatis assensum, non inferunt assensum iam præfatis, & n. 35. 36. & 43.
31. Rex in l. Barbarini ff. de officio Præsidis ornatur, & n. 38. 39. & 40.
32. Dum quis est in quasi possessione iurisdictionis valet præfatis assensum, cum quod præfatis postea in proprietate succumbat idem in quasi possessione eligendi dignitatis, n. 42. & 43.
33. Sententia lata ab habente quasi possessionem iurisdictionis, valet etiam, quod alius habeat proprietatem.
34. Vicarius Regis, an possit assensum.
35. Rationibus induitur ex licentia.
36. Privilegium Principis debet esse perpetuum mensuram.
37. Verba si non patuntur, esse declarationem, sed important revocationem, licet dicant esse declarationem, cum tamen revocatio.